

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 1250

**Auteur(s) :** Pierre Gaupichet [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Bayeux (chapitre cathédral)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1264, juin

**Lieu d'émission :** Bayeux

**Action juridique :** vente

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Pierre Gaupichet vend, pour 6 livres tournois, et garantit au chapitre de Bayeux une rente annuelle sur un masuage, paroisse Saint-Georges de Bayeux. (En interligne : «Ad inveniendum thus duobus thuribus ad majorem missam ecclesie beatæ Mariæ Baiocensis.»)

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Bourrienne Valentin (Abbé), *Antiquus cartularius ecclesie Baiocensis (Livre noir)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1902-1903, 2 vol., n° CCCCLXXIV, t. 2, p. 205-207.

Texte établi d'après a

Sciunt omnes præsentis et futuri quod ego Petrus Gaupichet vendidi et concessi capitulo Baiocensi, pro sex libris Turonensibus, quos denarios a dicto capitulo habui et recepi in pecunia numerata, et de quibus me teneo totaliter pro pagato: videlicet, decem solidos Turonenses, duos capones, et triginta ova annui redditus, percipiendos et habendos annuatim, libere et quiete, in quodam masuagio, quod fuit Rogeri Bet Cervese defuncti, quod de me tenebat per homagium, in parrochia Sancti Georgii, situm inter masuagium quod fuit Willelmi de Linguebra, ex una parte, et masuagium Ranulfi Varennon, ex altera, sicut se proportat de quemino domini Regis usque ad cingulas civitatis Baiocensis, videlicet, quinque solidos Turonenses ad Natale beati Johannis Baptistæ, et quinque solidos Turonenses, et dictos duos capones ad Natale Domini, et dicta triginta ova ad Pascha, per manum tenentis dictum masuagium, tali modo quod dictum capitulum habebit de cetero, pro dictis decem solidis, duobus caponibus et triginta ovis, in dicto masuagio percipiendis et habendis annuatim, idem jus et idem dominium quod ego in dicto masuagio habebam et habere poteram et debebam, et quod etiam hæredes mei habere possent in dicto masuagio et deberent; et poterit idem capitulum, seu ejus nuncius quicumque fuerit, in dicto masuagio suam plenariam justiciam exercere, sicut ego et hæredes mei possemus facere, si prædictum redditum adhuc in manu nostra teneremus. Et ego prædictus Petrus, et hæredes mei, tenemur et debemus prædicto capitulo prædictam venditionem et concessionem prædicto capitulo (sic) garantizare et defendere contra omnes, et excambiare, pro dicta pecunia quam exinde a dicto capitulo habui, in propria hæreditate nostra, valore ad valorem, si necesse fuerit, competenter. Et, ut hoc firmum et stabile in perpetuum teneatur, præsentem cartam sigilli mei testimonio confirmavi. Actum est hoc anno gratiæ millesimo ducentesimo sexagesimo quarto, mense junii, coram parrochia Sancti Georgii.